

Staterae, pondera, mensurae reperta Herculanei et Pompeiis.

Pondera musei Neapolitani originis indicatione destituta huic capiti inseruimus; nam pleraque eorum certum est venisse eo Pompeiis. Dedimus item ad hoc caput pertinentia quae ponderis indicationem solam habent, id quod in ponderibus reliquis non fecimus.

8067 1 [= 6303, 1] in superficie centumpondii lapidei ponderis chiliogr. 31. Rep. Herculanei [Neapoli mus. n. 8432].

in medio:

C

ab una parte:

TI · CL/VDIO // CA/SAR · AV//S · III
L//ELLIO · III · COS · PONDER · EXACT
VAR/VELEI/ CN VR · AEDIL p. C. 47

ab altera, litt. magnis:

LIGVR

in latere:

IV · C/VI

Descripsi ego, recognoverunt Rossius et Dresselius. Bayardi cat. p. 356; antiq. Hercul. ined. vol. II tab. 114; Rosini diss. isag. p. 55 tab. VIII.

Ti. Claudio Caesar(e) Augusto III, L. Vitellio III co(n)s(ulibus) ponder(a) exact(a) M.(?) Articul(e)o, Cn. Tur(ranio?) aedil(ibus). Reliqua esse possunt Ligur(is) et fortasse Lib(rae) centum; certe non recte antea in latere scriptum esse putabamus P CEN.

Cum nuntiavisset Rossius prodiisse in urbe Roma pondus inscriptum EXACT · AD · ARTICVLEIAN, rescripsi amico iam interpretationem nos tenere inscriptionum harum adhuc parum intellectarum. Examinatis iis mox lectio ita stabilita est, ut supra proponitur; nomina aedilium primus eruit Rossius. M.(?) Articul(e)o et Cn. Tur(ranium?) aediles anni p. C. 47 pondus in urbe publice exposuisse dictum inde Articul(e)o prior inscriptio ait ex ipso, ut videtur, Articul(e)o pondere expressa. In altera quae leguntur, partim eadem sunt (Ti. Claudio Caesare Aug. III L. Vitellio III cos. cura aedilium) compendiat, partim pertinent ad ipsius staterae, quam tenemus, pondera, exacta scilicet ad Articul(e)o.

3 [= 6303, 3] in scapo staterae. Rep. Herculanei [Neapoli mus. n. 74056].

IMP · VESP · AVG · III ·
T · IMP · AVG · F · VI · COS
EXACTA · IN · CAPITO p. C. 77

Descripsimus ego et Dressel. Antiq. Hercul. ined. vol. II tab. 115; Rosini diss. is. p. 55 tab. VIII; mus. Borb. tom. I tab. 55.

3 pro IMCAPITO reposuit artifex IN · CAPITO.

8067 2 [= 6303, 2] in scapo staterae. Herculanei rep. [Neapoli mus. n. 74039].

TI · CLAVD CAES // // VITEL ·
III · COS · EXACTA AD · ARTIC ·
CVRA · AEDIL punctim p. C. 47 scr.

Descripsi ego, recognovit Dressel. Bayardi cat. p. 356; Winkelmann *Sendschr. von den herculan. Entdeckungen* 1762 p. 51, *Werke* II p. 77; Rosini diss. isag. tab. VIII p. 55; Mancini *Giornale degli scavi* N. S. 2 (1871) p. 197.

1 antiquam lectionem CAES AVG L VITEL, quam in ed. 1 retinui, emendavit Dressel, negans quicquam superesse inter CAES et VITEL. Requiritur CAES · AVG · III · L · VITELLIO · III, sed spatium non plus tres litteris capit. — 2 quid significaretur v. 2 extr., antea ignorabam, legens V (vel N) TIC. *Exacta ad Augustale t(emperamentum) i(n) Capitolio*, proposuit Mancini temere.

4 [= 6303, 4] mensura aenea cava alta cent. 47 $\frac{1}{2}$, diam. cent. 47 $\frac{1}{2}$ —18, Herculanei rep. [Neapoli mus. n. 74600].

D · D · P · P punctim scr.
HERC

Descripsimus ego et Dressel. *Torremuzza iscr. di Palermo* (1762) p. 119; Antiq. Hercul. ined. vol. II tab. 115; Rosini diss. is. p. 55.

6 a pondera(?) duo plumbea eiusdem formae atque quae praecedunt, pendentia gr. 380 $\frac{1}{2}$ et gr. 370 $\frac{1}{2}$. Pompeiis rep. [Neapoli in mus. publ. n. 74520. 74521].

b pondus(?) plumbeum eiusdem formae pendens gr. 462. Pompeiis [in repos.].

ab una parte:

a VR · CAVE

b FVR · CA

ab altera:

ALVM

MALV

a Dressel descripsit. *Fiorelli scavi* 1861—1872 p. 90 sic: CAVE | ALVMVR.

b Dressel descripsit. *Giornale degli scavi* N. S. 3 (1877) p. 137.

Fur, cave malum.

8067 5 [= 6303, 9] pondera(?) plumbea superne perforata, formae pyramidalis, alta plerumque cent. 6 $\frac{1}{2}$, crassa cent. 1 $\frac{1}{2}$ —2. Duo musei Neapolitani cum inscriptione d pendunt gr. 380 et 349, duo cum inscriptione f gr. 402 $\frac{1}{2}$ et gr. 396 $\frac{1}{2}$. Pompeiana quattuor pendunt gr. 465 — 443 — 423 (duo); septem alia similia non inscripta gr. 435 — 400 (duo) — 395 — 383 — 365 — 348; Berolinense gr. 433.2.

a Herculanei rep. BAY. NIXON.

b Pompeiis passim.

c Pompeiis [in repos. duobus ex., quorum unum signatum n. 389 prodiit anno 1870].

d [Neapoli in mus. publ. duobus ex. n. 74518. 74519].

e Pompeiis [in repos. tribus ex.].

f [Neapoli in mus. publ. ex. XLV n. 74473 — 74517].

g Pompeiis [in repos.].

h Pompeiis rep. [apud Zahnium antea, iam in museo Berolinensi n. 946].

ab una parte: ab altera:

c. d. EME HABEBIS
e. f. h. EME HABEBI sic
g. EME ET · HABEBIS a d. ad s.

a Bayardi cat. p. 351 n. 169; Nixon *philosoph. transact.* 50 (1757) p. 93; Winkelmann *Sendschr.* (1762) p. 51, *Werke* 2, 77. 211; antiq. Hercul. ined. vol. II tab. 112.

b Acta Pompeiana scribunt pondera eiusmodi reperta esse 24 Ian. 1761 [ed. 1, 4, 126]; 19 Ian. 1771 [ed. 1, 4, 248] numero XXXVIII, ex his inscripta sic VII; a. 1799 [ed. 1, 2, 73] numero XIII, ex his inscripta sic duo; 28 Mai. 1808 [ed. 1, 3, 6] inscriptum HABEBIS; m. Mart. 1830 [ed. 2, 36. 3, 104], item *Bull. dell' Inst.* 1830 p. 124 numero XXXVIII inscripta omnia HABEBIS; *Giorn. degli scavi* 2 (1871) p. 170 numero XXXVI, non omnia tamen inscripta; ibidem vol. 2 p. 219 unum; ibidem vol. 3 p. 252 unum; *Fiorelli scavi* 1861—1872 p. 90 (in quibusdam HABEBI); Gaedechens *Bull. dell' Inst.* 1872 p. 242; *Viola scavi* 1873/8 p. 51 n. 48; Romanelli 1, 106.

c. d. e. f. g Descripsit Dressel.

h Descripsi.

Mina Attica, ad quam haec pondera exacta videntur esse, pendet gr. 436.6.

7 pondus marmoreum formae rotundae, cuius manubrium ferreum nunc desideratur, pendens gr. 3160. Pompeiis [in aede Mercurii].

X

EQUI

Descripsit Dressel.

Cf. pondus Sirmiense vol. V n. 6015, 1 inscriptum *Equetas*.

Sterae, pondera, mensurae repertae Herculanei Pompeiisve (p. 943 n. 8067).

8067 1. Pondere depuo examinato mihi Rossiana lectio improbanda visa est tertioque versu inscriptionis primariae sic esse *ΛARI/ΣVLEIII CVVR AEDIL*. Prima littera aut i fuit aut L; mox legendum esse *ARTICVLEI* extra dubium est; duae hastae quae sequuntur clare cernuntur neque ullo modo pro O littera haberi queunt; C certa est; sequitur V, non N; deinde signum nescio quod, sed a litteris contignatis V longe remotum. Omnino lapicida corrupit id quod incidere debebat *AD ARTICVLEIAN CVR AEDIL*; quod ipsum legitur recte incisum in altero pondere simul reperto. — Etiam in latere ductus incerti sane et evanescentes mihi videbantur recte accipi posse pro P CENT.

8067 5. Sebastianus de Luca nuper in actorum academiae Pontianae vol. XIII parte 2 (1880) p. 405—417 adiecta tabula optime facta pondera haec tractavit diligentius quam felicius. Nam quod negat pondera esse, magis sibi videri ad texturam pendisse telarum sustinendarum causa, id ipsa inscriptione refellitur neque ullo argumento nititur praeter ponderis diversitatem a libra Romana, cuius explicationem nos supra proposuimus. Enumerat ex museo pondera LIII quae faciant gr. 492 — 455 — 427 — 416 — 413 — 402 — 397 — 396 — 395 — 393 (duo) — 392 — 386 (tria) — 385 — 382 — 381 (duo) — 379 (duo) — 376 — 375 — 374 (duo) — 373 — 372 — 371 — 370 (tria) — 369 — 366 — 364 — 361 — 359 — 358 (tria) — 356 — 355 — 354 (quattuor) — 350 — 349 (duo) — 348 — 337 — 336 — 323. Haec omnia nihil impedit quominus ad minam Atticam gr. 456.6 redigamus corruptam eam cum negligentia tum etiam magis fraudulosa imminutione.

8067 6. Haec quoque de Luca l. c. recte pinxit, male legit.

8067 14. Etiam haec de Luca l. c. incidi iussit.

8067 89. 90. 91. Ad eundem ponderum ordinem olim pertinuerunt n. 74270. 74229. 74212, item ad eundem, sed ab illo diversum n. 74271. 74230.

Supellex aurea, argentea, aenea reperta Pompeiis et Herculanei (p. 953 n. 8071).

8071 1. Nuper mihi armillam examinanti numeri XX visi sunt post tempus adiecti esse; quod si ita est, in PAIV quod latet quidquid est, non ad pondus pertineat necesse est.

8071 5. V. 4 non recte incisus est, quarta littera est E, in fine *CAPIA*, id est *curio* evidenter legitur. Vidi ipse.

ad n. 8071 48. 'Simillimum similiterque inscriptum prunae vatillum aeneum nuper prodiit in thermis Stabianis in cubiculo signato J in forma Overbeckiana'. Mau.

8071 57. In ed. priore est 6307 64.

8338 sub fulcro aeneo hermae bicipitis item aenei repraesentantis Satyros duos masculum et feminam, quem repertum in vinea prope Pompeios nuper comparavit museum Berolinense (invent. n. 7749). Similes hermae quattuor, sed fulcris carentes extant Neapoli in museo nationali; unum repraesentavit *Museo Borbonico* vol. X tab. 13. Omnes olim in scalis videntur collocati fuisse.

+ III

Mihi exhibuit Georgius Treu. Aperte notae sunt a fabro appositae ut plura exemplaria suo quodque loco collocarentur.

Supellex aurea, argentea, aenea reliqua (p. 957 n. 8072).

8072 9. Laminam vidit Regii Iulii professor Moscato, addens repertam esse videri Bovae. A. de Lorenzo in eph. *la Zagara* 22 Dec. 1882.

8072 15. Pro Ghilazza scr. Ghilarza.

8338a 1 tessera ferrea formae eius, quam habent gladiatoriae et item ad appendendum perforata. Litterae inversae sunt ut in signaculis. Monteleone [in aedibus Cordopatri].

in latere primo: SECNDVS

secundo: RVSTICA

tertio: CI A O

quarto: CA TORNA

in basi: H M

Descripsit Barnabeus a. 1882 ediditque apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 395.

2 [= 6305 s] in pectine aeneo Eboli.

CABIRA

Ann. inst. 1832 p. 298.

Massae plumbeae (p. 957 n. 8073).

8073 1. Massa pendet chil. 35 gr. 585, est ex plumbo puro cum particula exigua argenti. Eam Marxius ad nos scripsit repertam esse in fodinis vici S. Nicolo prope Portixeddu, chiliom. 8 occidentem versus a Flumini Maggiore. Ibidem prodierunt furnorum reliquiae, in quibus plumbum fusum esse probabile est, itemque tubi plumbei aquae ducendae causa facti. Ipsam massam idem Marxius nuper donavit museo Berolinensi examinavique ibi ego. Verba CAESARIS AVG leguntur in summa massa circumdata margine qui prostat, scripta litteris eminentibus fuis una cum ipso plumbo; contra numerus CVII (M non adest, sed ante numerum vestigia cernuntur circuli vel O litterae postea excisae) est in latere cultro incisus; hunc qui legit, summae partis inscriptionem cernit inversam. Antiquum esse numerum et ipsum aerugo demonstrat. Apparet igitur massae post fusionem appensae pondus inscriptum esse.

8073 3. Pro Cianciana scr. Cianciana.

8339 in parte superiore massae plumbeae rectangulae. Rep. est Pompeiis a. 1882 reg. VIII ins. 7.

P · AEMILI · GALLICI

Descripsi. Fiorelli *Notizie degli scavi* 1882 p. 82.